

www.e-rara.ch

**Disputationis theologiae, de censura verae et falsae religionis,
anakephalaiōsi**

Grynaeus, Johann Jakob

Apud inclytam Germaniae Basileam, 1583

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-11404>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DISPUTA-
TIONIS THEO-
LOGICÆ, DE CENSURA
VERAE ET FALSÆ RELI-
gionis, ἀνακεφαλαιώσεις, de qua in scho-
la Theologica BASILIENSIS
Academia, præside D. Iohan. Iacobo
Grynæo, Theologiæ Professore, pu-
blice postridie Calend. Maij Anni hu-
ius 1583. respondebit M. Iohan-
nes Olai, Slangendor-
pius, Danus.

A D

*Illustrem & Magnanimum Virum, Dn.
BIORNONEM ANDREÆ, Sena-
torem laudatissimi Regni DANICÆ,
Dominum Steinholti & Biornsholmi,
eruditorum hominum Mecæ-
natem celeberrimi-
mum.*

Demoſthenes.

ΑΝ' ὁ μέγα, εὐ ἐγί' τὸ ἡ εὐ, μέγα.

Apud inclytam Germaniæ Basileam, 1583.

29 Apr.



ILLVSTRI VIRO, INC-
CLYTI REGNI DANIAE SENATORI:
& Serenissimi Daniae & Noruegiae, &c. Regis Friderici II,
Præsidi in Aalenburg: DN. BIORNONI ANDREAE,
Domino in Steinholt & Biornsholm, erudito-
rum hominum Mecœnati,

S. P. D.



QVEM AD MODVM decus, pretiumq; gemmarum,
non minuit, sed auget, utri, quantumvis uarijs colo-
ribus picti, magnitudo: sic in doctrina pictatis, senten-
tiosæ breuitatis gratiam & usum, uehementer com-
mendat cordatis omnibus, nimum redundans, mole-
sta & infrugifera oratio, Cupressos referens: ut uir ille prudens scitè
pronunciauit. Eo sanè nomine, si quando in gratiam ingeniosæ lu-
uentulis, Theologica Disputationes mihi instituenda sunt, doctrinā
Deo gratam, in Scriptis Prophetis & Apostolicis comprehensam,
quæ sola Ecclesiæ Dei necessaria & utilis est, quoad eius à me fieri po-
test, ordinè & breuiter mihi perstringendam, arbitror. Eius autem
mei Studij specimen, non eo solùm nomine ad tuam Magnificen-
tiam, hoc tempore mihi mittendum censeo, quòd etiam Musæi mei
consors, filius tuæ Magnificentiæ, IACOBVS, & eius exemplo
HOLGERVS VVLFSTANDT, aliq; Nobiles Iuuenes DANIAE,
qui Quæres sunt inter Academia Basilienfis hospites, publicè disserē-
do de rebus sacris & scitu dignissimis, egregialiberalis profectus in
optimis Studijs specimina, hætenus ediderunt: sed etiam, quòd non
solùm meritorū in Rempub. inclyti Regni DANIAE, sed etiā erga
bonarum literarū promos & condos, præstantis uoluntatis, causa,
etiā in hac Rhenana regione nomē tuum, honos laudesq; celebren-
tur & mansura sunt. Faxit Deus Opt. Maximus, ut perenne decus
familie uestre, Magnificentia tua, ceu præclaram lampada in cur-
su tradat, nobilissimis filijs, TRVDERO & IACOBO, uirtute &
ingenio iam florentibus: & ut Epaminonda parentem, qui fuit spe-
ctator præclarorum Filij facinorum, felicitate uincat. De me autem
hoc sibi illustris tua dominatio polliceatur, Me pro uirili, non tan-
tū

tum hospitalitatis officia, filio tuo libenter prestiturum, sed etiam
 sponte in uirtutum & politica doctrina, qua Legum & Historiarum
 systemate constat, studio studioq; currentem, institutione &
 Euphemismis prosequuturum. Vale & Salue ma-
 gnum inclyti Regni DANIAE orna-
 mentum. Ex Basiliensi Aca-
 demia, 1583.

Tuae Magnificentiae
 obseruantissimus
 Iohan. Iacobus Grynaeus,

De Censura ue-
ræ & falsæ Reli-
gionis, uox di-
uina ita pronū-
ciat: Dilecti, ne
cuius Spiritui
credite, sed p-
bate Spiritus,
an ex Deo sint:
nā multi Pseu-
doprophete ue-
nerunt in Mun-
dum. 1. Ioan. 4.

1. Etenim

Veræ Religio-
nis, quam Israe-
litæ ueri, seu
Christiani, cor-
de credunt &
ore profitetur,
ἡ πρῶτη ἀνέθετα,
hisce Aphorif-
mis cōtinetur:

1. Vna est uera & prima Religio, cuius substantia est inuariabilis.
2. Versatur autem ea, circa agnitionem & cultum Conditoris & Redemptoris Dei.
3. In huius enim agnitione uera, eius Cultorum uita æterna, sita est. Ioan. 17. 3.
4. Nemo autē agnoscit spiritūq; co-
lit Deum, nisi is cui hoc datum est diuinitus. Matth. 13. 11.
5. Est enim ē cœlis Religio hæc, re-
recta à Patre qui in cœlis est. Matth. 16. 17. & 21. 25.
6. Quicquid ab ea alienū est, id om-
ne anathema nobis esse debet. Gal. 1. 8. 9.

Hos A-
phorif-
mos ex
animo
proba-
mus.

Falsæ Religio-
nis, quæ Empu-
sæ cuiusdam in-
star multitor-
mis est, Veræ ta-
mē è diametro
repugnat, *τὸ
πρῶτον ψεύδους*,
his Aphorif-
mis constat:

1. Religio multiplex est, & pro tem-
porum ac circumstantiarum ra-
tione uariabilis: ut censuerunt
Ethnicorum Mystagogi & Cu-
sanus Cardinalis.
2. Versatur autem Religio, circa
agnitionem Iesu Christi, Sancto-
rum Angelorum & Hominū, &
Sui ipsius: quum Homo prudens
sux nunquam desit felicitati.
3. Præsidia felicitatis æternæ & tem-
poralis in agnitione & fiducia il-
lorum, posita sunt.
4. Homo *τὸ ἀνθρώπου* facultatibus
naturaliter gaudens, intelligit,
eligit & facit ea, quæ saluti ipsius
seruiunt.
5. Animalis homo intelligit ea quæ
Dei sunt, citra unctionem.
6. Quicquid huic Religioni, iudi-
cio carnis & sanguinis, cōsentia-
neum est, id omne gratum homi-
ni ex carne nato, esse debet.

Sed ho-
sce ne-
gamus
esse ue-
ros.

Quum autem iuxta se posita contraria magis elucescant, propositum nobis est, *συνήκω*, instituere Antithesin, Religionis seu doctrinæ Christianæ, quæ statuit IESVM, esse CHRISTVM illum Dei uiuentis Filium, Matth. 16. & hæresium Antichristianarum: secundum præscriptum Normæ Apostolicæ. 1. Ioan. 4. 2. 3. Ex hoc cognoscitur Spiritum,

I. DEI: Quicumq; Spiritus confitetur IESVM CHRISTVM in Carnem uenisse, ex Deo est. Vt paulo antè Spiritum *μετ' ὁμοῦ μιν*, docētem: sic hoc loco, etiā doctrinā Religionis sic uocat Apostolus.

Doctrina ueræ Ecclesiæ testatur IESVM CHRISTVM uenisse in Carnem, id est, esse *θεῶν υἱόν*, & proinde Mediatorem Dei & hominum. Matth. 1. 23. 1. Tim. 2. 3.

Itaq; Doctrinam ueræ & orthodoxæ Ecclesiæ, ex Deo esse, ac proinde toto pectore nobis amplectendam esse statuamus: ac Deo, pro re uelata Euangelij luce gratias agamus.

Minoris, in qua *τὸ κρινόμενον* est, confirmationem *καὶ κατασκευὴν* sequens Tabella *ὡς ἐν τύπῳ* complectitur.


II. Antichristi. At quicumq; Spiritus non cōfiteatur IESVM CHRISTVM in Carnē uenisse, ex Deo non est: sed hic est ille Spiritus Antichristi, de quo audistis eum uenturum fuisse, & iam nunc in mundo esse.

Tota autem Matræologia Ethnicorum, Pseudo-Iudæorum & Pseudo-Christianorum, impudenter negat IESVM CHRISTVM uenisse in Carnem, hoc est, esse Immanuelem, & unicum Mediatorem & Redemptorem.

Non igitur ex Deo est illa Matræologia, sed à Sarana: ac proinde summo studio pijs omnibus fugienda.

Minoris, in qua etiā *τὸ κρινόμενον* est, Confirmationem, Tabella, quæ subsequitur proximam, continet.

Minorem primæ Demonstrationis, quæ est *narratio*, hoc Enthymemate solidissimè, uerâ esse ostendimus. Veræ Ecclesiæ doctrinæ ceterum statuit, de Iesu Christi



Statuit igitur hæc doctrina, Iesum Christū in Carnē uenisse.

Secundæ
autē De-
monstra-
tiōis (quæ
est ἀναγι-
γασκίη)
Minorem,
sic proba-
mus. Anti
christiano
rū Matæo-
logia non
rectē pro-
nūciat de
IESV
CHRI-
STI

Persona. Impiè enim pronunciat, de

Natura-
rum hy-
postati-
ca uni-
tione.
Etenim
alij cum

Officio.
Nā alij.

Diuina

Huma-
na

1. Nō esse Patri & Spiritui S.
coessentialē & coæter-
nam, ut uolebat Arius.

2. Non esse personā à Patris
& Spiritus S. psona distin-
ctam: ut Sabellius Afer,
(qui finxit τὸ ἐν τριώνυμον)
putauit.

1. Non constare Animo in-
telligente, ut Apollinaris
Laodiceus:

2. Phantasticum corpus as-
sumsisse, ut Marcion:

3. Sic deificatam esse, ut cre-
atura esse desierit, ut En-
thusiastæ, impiè cēsuerūt.

Nestorio, *παράλογον* pro *ἰνώσει* fingūt:
& Christū diuidunt, tot in eo Personas
constituentes, quot Naturas in Christo
uident conuenisse. Seu, *ἑσίας* respectu
non secus adesse *λίγον* assumptę Naturæ,
quàm cæteris hominibus & creaturis,
quas implet: sed *ὑπεργίας* ratione aliter
ei adesse.

Eutyche, *σύνχυσιν* pro *ἰνώσει* statuūt:
& ut unam personam, sic unam quoque
naturam, singentes: addunt hyperbolē,
de effusione omnium deitatis proprie-
tatum in humanam naturam, qua Theo-
paschitarum, Monophysitarū & Mono-
theletarum deliria ex orco reuocant.

Impudem-
ter ita-
que ne-
gat Deū
in Carnē
uenisse:
& omnē
iusticiam
adimple-
uisse: i-
deoq; no-
bis fugi-
enda est.

1. Quasi Iesus Christus non idē hodiē, heri &
in secula sit, sic eū Noui Testamēti Sponso-
rem fatentur, ut ueteri nihil nisi umbras re-
liquas faciant: ut Catabaptistæ.

2. Christo in omnibus officij partibus colle-
gas *ἱστυίους*, Sanctos homines adiungunt,
& eos adorandos esse fingunt: ut Iesuitæ.

3. Christi solius meritis, intercessione, guber-
natione & institutione, nō cōtenti: Merita
Sanctorū: Papæ uicariam gubernationem:
παράλογος extra uerbū Dei scriptū, requi-
rūt, &c. Quasi uerò Deus ille in Carne pate-
factus, nec omnia, quæ oportuit, salutis no-
stræ causā & adimpleuerit & retexerit.

